

extinguit delictum, & de hac indulgentia bicloquitur D. Clarus, & non de abolitione legali, quae non extinguit crimen, sed tamen instantiam iudicij, & ideo transacta laetitia infra triginta dies, potest accusator de nouo accusare. l. si interueniente, ff. ad Turpill.

etiam si sint in carceribus, & iam condemnati. Et proximis annis, cum in Ciuitate Laudese reperit in carceribus quidam Raynuius Veronensis tempore decreti gratiosi, publicati de anno 1544. qui iam per multos dies ante fuerat pro furtis damnatus ad furcas, & fuisset dilatum eius supplicium dolo Collateralis, Senatus censuit ipsum gaudere beneficio decreti, & liberari, 15. Nouemb. 1544. & condemnauit ad trirèmes per decennium ipsum Collateralis, qui corruptus supple-

cium distulerat. Vide qua dixi inf. q. 97. vers. Regulariter autem. Quinimo virtute ipsius abolitionis generalis solent etiam liberari illi, qui sunt in trirémib. condemnati, modo sint in casu decreti. Et ita pluries declarauit Senatus, et in specie in causa cuiusdam Ioan. de Zardinis condemnati ad trirèmes perpetuo, ob falsum testimonium, 20. Dec. 1554. I. D. P. & alterius cuiusdam Bapt. de Alexijs condemnati ob atroces blasphemias ad trirèmes per decennium 23. Decemb. 1554. I. D. P.

vbi plenè, & Iodoc. in practic. criminali. ca. 146. & omnino Casian. in consuetudin. Burgund. folio 813. numero 2. cum sequenti, vbi latè tam de abolitione generali, quam speciali, & Farin. in d. qu. 6 num. 51. cum sequent. & Decian. in tract. crim. tomo 1. lib. 3. c. 35. num. 4. cum sequent. vbi latè 109 simè de effectibus huius abolitionis, & quae delicta non comprehendat Baiard. Beneficio decreti, Farinac. d. quaest. 6. n. 59. & 61. Ros.

QUESTIO LX.

Quae res in delictis à poena excusent, vel saltem profint ad poenam ipsam mitigandam.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Quae in delictis prorsus excusent, vel saltem profint ad mitigandam poenam.
2 Aetas an excuset.
3 Infans, pupillus, aut minor an excusentur in delictis.
4 Minor delinquentis in minori aetate, an poterit pro eo delicto puniri, postquam factus est maior.
5 Senectus an excuset in delictis.
6 Furor an excuset in delictis.
7 Et quid si post condemnationem effectus sit furiosus.
8 Ira in delictis an excuset.
9 Amor in delictis an excuset.
10 Prodigus an in delictis excuset.
11 Ebrietas in delictis an excuset.
12 Dormiens an in delictis excuset.
13 Ignorantia an in delictis excuset.
14 Mandatum superioris an in delictis excuset.
15 Operarij, & fabri an excusentur de eo, quod operantur de mandato alterius.
16 Et quid in atrocibus an mandatum superioris excuset.
17 Metus, aut vis an in delictis excuset.
18 Prouocatio aduersary an delinquentem excuset.
19 Et an iustus dolor in delictis excuset.
20 Excusatio, quod delictum clam commissum fuerit, an profint delinquenti.
21 Penitentia an in delictis excuset.
22 Qualibet causa excusat à poena.
23 Bonae vocis, qualitatibus, & fama probatio an releuet delinquentem.
24 Nobilitatis, vel dignitatis probatio an profint delinquenti.
25 Probatio quod reus sit egregius miles, et utilis reip. an profint delinquenti.
26 Insignis peritia, vel excellentia in aliquo artificio, an profint delinquenti.
27 Meritorum probatio an profint delinquenti.
28 Delictum sine dolo, vel praeter intentionem commissum fuisse, an profint.
29 Pater praesentans filium imputatum de delicto, an illum excuset à poena mortis.
30 Multitudo rerum an excuset delinquentes.

- Vniuersitas an possit excommunicari, ibid.
31 Quando ignoratur, quis prius manum ad arma posuerit, an omnes sint à poena prima euagationis liberandi.
32 Antiquitas delicti an profint delinquenti.
33 Vbi proceditur per inquisitionem, non solet delinquens puniri poena ordinaria.
34 Reus acutum spontè confessus an sit mitius puniendus.
35 Index ratione amicitiae an possit penam remittere.
36 Coniunctio sanguinis inter delinquentes, an eos excuset.
Ex Additionibus.
1 Poena quando sint augenda, vel alteranda, remiss.
2 Aetas an excuset in delictis.
3 Aetas quomodo probetur.
4 Minor in criminalibus censetur maior.
5 Minoritas quando praesumatur.
6 Aetas quomodo probetur per testes.
7 Et quomodo per aspectum, remiss.
Pupillum, & adolescentulum committentes delictum ad puniendum quomodo sit procedendum, remiss.
Minor, qui propter aetatem puniri nequit, nec effectus maior punietur.
8 Infans ex officio debet absolui.
9 Et quid de furioso, remiss.
Et quid de furdo, & muto, remiss. ibid.
9 Omissio quando habeat annexum factum.
10 Pubertati proximus quando quis dicatur, remiss.
11 Minor viginti quinque annis an excusetur in delictis.
12 Et quid in Regno Neap.
13 Maior quando dicatur quis in Regno Neap.
14 Quid in statu Ecclesiastico.
15 Quid in Hispania.
16 Minor an comprehendatur in statu penali.
17 Minore pluries delincente an debeat augeri poena.
18 Minor asserens se maiorem an sibi praediciet.
19 Minor an restituatur aduersus confessionem, si ante statuto, quod minor possit stare in iudicio.
20 Et quid si confessus fuerit cum consensu curatoris.
21 Confessio minoris contra alium valet etiam sine curatore.
22 Mulier an restituatur aduersus confessionem delicti.
23 Restitutio in criminalibus quando concedenda, remiss.
24 Minor in crimine laesae Maestatis an restituatur.
25 Minor aduersus veram contumaciam non restituatur.
Et quando dicatur verus contumax, ibid.
26 Mutus quando equiparetur infanti.
27 Senectus in delictis an excuset.
28 Senex quis dicatur.
29 Delinquens, si habet dilucida interualla, quando praesumatur deliquisse.
Furor in delictis excusat, & quomodo puniatur.
30 Furor quomodo probetur, remiss.
31 Furiosus semel, an semper talis praesumatur.
32 Furiosus an possit extraordinarie puniri, remiss.

Fini.

- 33 Furibundus, si post delictum fiat sanus, an possit puniri.
34 Furiosus sponte effectus an excusetur.
35 Blasphemans in rixa an teneatur poena blasphemiae.
36 Iracundia an excuset, & quando.
Iracundia calore facta, quae non teneat.
Amore proximio delinquens mitius punitur.
37 Amor in delictis an excuset.
38 Poena dantis amatorum poculum.
39 Ebrietas an excuset.
40 Et quomodo probetur.
41 Ebrietas, cui fuit sal postus in vino, an excusetur, remiss.
42 Ebrietas in Hispania non excuset.
43 Dormiens si delinquat, an excusetur, si postea ratum habuerit.
44 Ignorantia in delictis an excuset.
45 Ignorantia facti excusat, & quae saltem à poena graui.
46 Ignorantia quomodo probetur.
47 Ignorans proclama an debeat puniri poena illius.
48 Proclama an liget absentes.
Ignorantia quando praesumatur, & allegari possit aduersus eridas, & statuta.
49 Mandatum superioris in delictis an excuset.
50 Mandatum quomodo probetur.
51 Mandatum Iudicis factum in scriptis grauius ligat, quam factum ore tenus.
52 Mandatum Regis contemnens quomodo puniendus.
53 Operarij habent actionem iniuriarum aduersus dominum, qui eos misit in fundum alienum.
Operarij, & laboratores quando excusari, & quomodo accusari possint, & quando teneantur, remiss.
54 Principi aliquid seuerius mandanti, an sit parendum.
55 Et quid si secunda iussio interueniat.
Et an Iudeo parendo peccet, ibid.
56 Tyranni solent in officiales eligere ignaros, & crudeles ipsorum Tyrannidi obsequentes.
57 Metus in delictis quando excuset.
58 Coactus à latronibus ad pulsandum hostium alterius, an excusetur.
59 Metus quando dicatur iustus.
Metus ex precibus, & blanditijs, Principis in subditos sentire soliti dicitur iustus.
60 Metus culpofus an excuset.
61 Falsum deprensus propter metum non excusatur.
62 Metus causatur ex strepitu armorum, & rugitu aliorum.
63 Metus an praesumatur, & quando.
64 Metus an facilius probetur, quam spontanea voluntas.
65 Pronocatus an excusetur.
66 Pronocans in rixa, etiam quod dicat ad duellum, non incurrit poenam duellantis.
67 Pronocator quis dicatur.
68 Pronocatio legitima quando facta dicatur.
69 Pronocatus ex interuallo, faciens occidi mediante pecunia, an excusetur.
70 Pronocare an dicatur quis ex his verbis.
Tuotti da parte, dammi la strada.
71 Pronocator in duellum praesumatur.
72 Dolor an excuset, & quando.
73 Et quid si offensus non dederit causam doloris.
74 Clam quid fieri quando dicatur.
75 Delictum in Ciuitate maius est, quam factum ruri.
76 Item in diebus festiuis.
77 Credulitas an excuset.
Credulitas etiam fatua excusat à dolo.
78 Causa iniusta quando excuset.
79 Et an à poena pecuniaria ratione laesae culpae.
80 Credulitatis causa quomodo probetur.
81 Causa quomodo sit probanda.
82 Causam etiam leuissimam excusat, in delictis etiam maioribus.
A falso, ibidem.
A crimine laesae Maestatis, ibid.
A conuentucla, ibid.
A contumacia, ibid.
A periurio, ibid.

- 83 Et quid si actus iure naturali sit prohibitus.
84 Dolus ex quibus praesumatur cessare.
85 Causa an excuset à poena conuentionali.
86 Qualibet causa excusat à dolo, & à poena.
86 Fama bona quid operetur.
Fama bona in genere tollit malam in genere.
Et bona in specie malam in genere.
Ac operatur ut reus mitius puniatur, & quae indicia touat.
Testibus deponentibus super mala fama in specie, an magis credendum sit, quam deponentibus de bona in genere, remiss.
87 Fama bona in genere an praeseratur mala in specie.
88 Delegatus ad se informandum de mala fama, non potest se informare de bona.
89 Fama mala indicium quomodo tollatur.
90 Fama mala quando iungatur cum alia specie probationis.
91 Fama mala debet probari in specie.
91 Mala fama quando faciat iudicium ad torturam.
92 Nobilis quis dicatur.
93 Forensis non dicitur nobilis.
94 Nobilitatis priuilegia, remiss.
95 Nobilitas minuit faem probationum.
Nobilis an puniatur minori poena corporali, quam ignobilis, quando lex est vniuersalis, num. eod.
Poena quando vniuersaliter est taxata à lege, vel statuto, an sit facienda distinctio personarum, num. eod.
Consuetudo loci in peius infligendis est seruanda, num. eod.
Nobilis debet suspendi, si est consuetudo in Ciuitate, quod nobiles suspendantur, num. eod.
Nobilis delinquens in contumelia officij, vel dignitatis, magis punitur, quam ignobilis, num. eod.
Ignobilis committens homicidium, suspenditur, num. eod.
Nobilis in casu proditoris, & falsi grauius punitur, numero eodem.
96 Furca quando quis suspendatur, remiss.
Nobiles in Regno Neap. non condemnantur ad trirèmes, num. eodem.
Nobiles in statu ecclesiastico, & ignobile indifferenter ad poenam trirém un condemnantur, num. eod.
97 Nobles quando sint furci suspendendi.
98 Excellentia hominis quomodo sit probanda.
Excellentia hominis circa quid consideretur.
Excellentia hominis prodest ad impunitatem.
99 Princeps est consulendus, si populus gratiam petit.
Poena non minuitur ob beneficium factum Reipublica, si in eam crimen grauissimum committitur, num. eod.
Poena non minuitur facienti beneficium Reipublicae, casualiter furtum committendo, num. eod.
Merita delinquentis, vel maiorum, aut proximiorum eius, & beneficia allata in Rem. minuit poenam.
100 Pater an mitius puniatur, si offeratur à filio.
101 Multitudini est magis monendum, quam minitandum.
102 Vniuersitates delinquentes quomodo puniantur.
103 Multitudo quando dicatur, & quando excuset.
104 Aggressor quis praesumatur.
105 Et quid in alter cantibus verbis tantum, an sint puniendi, si de prouocante non constet.
106 Delictum antiquum quando dicatur.
107 Praescriptio temporis non prodest condemnato.
108 Et quando non habeat locum.
109 Diuinitas temporis quando excuset.
110 Et an in grauib. delictis.
111 Farinac. lapsus.
Accusatione, vel inquisitione procedere quid differant.
112 Confessio spontanea an profint.
Confessus non conuictus mitius est plectendus.
Et confessus sponte quis dicatur.
Amicitiae varione an poena minuat.
113 Dolus in dubio an praesumatur.
114 Affinitas an excuset.
115 Delicta atrocita inter affines, & consanguineos grauius puniuntur.
Ignorantia facti dissimulata non excusat, sub nu. 44.

AD.